

IN OBSERVATIONUM

Medicophysicarum Petri Borelli
Centurias, Præfatio.

Quemadmodum Architecti
dirutas domos arte sua repa-
rant, sic etiam Medicinæ ars
cœlitus ad nos demissa, corpora infir-
miora auxiliis suis ad pristinam sani-
tatem revocare potest, quod & quoti-
diana testatur experientia, & innume-
ra langventium ægrorum ad sanita-
tem revocatorum caterva, acclama-
tione frequenti, plausuqve suo quoti-
diè comprobat. Et profectò quid ma-
gis rationi consentaneum est, quàm,
Divinæ huic arti, quam Reges, quam
Heroës, quam Prophetæ, quam Chri-
stus ipse professi sunt, debita reddere
elogia.

Εἰς ἰατροῦς ἀνὴρ πολλῶν ἀνταΐζι. Ὁ ἄλλων.

Quid etiam absque sanitate divitiæ,
hōores, aliaq; omnia vitæ humanæ so-
latia prodesse possunt, si morbi crucia-
tibus crudelissimis interea dives æger
distorqveatur, *quid sibi divitiæ, si non conce-
ditur usus,* quô igitur nomine, absque
Medi-